

VVARINVS COMES ALTORFFENSIS.



**V**Varinus ex illustri comitum de Altiorff familia natus est. Erat is magna corporis & animi fortitudine insignis. Itaq; suo tempore inter Sueuos magna authoritate extitit. Cum autē eius tempore abbatia S. Galli fundaretur, atque primus abbas Othmarus multas diuitias colligeret, & etiam uicinas regiones expilaret, Vuarinus cum Rudhar do comite Turgouiæ (qui hac ratione suam iurisdictionem paulatim imminui cernerent) irati, sese huiusmodi eius conatibus opposuere. Ne autem temerē quid fecisse uiderentur, totum hoc negotium Sidonio presuli Constantiensi deferunt, qui auditis partibus in Synodo congregata permisit, ut Othmarus in arce Podmensi captiuus detineretur, atq; ea abbatia amoueret. Id cū Pipinus Francorū rex intellexisset, comitū horū excusatione contentus, factū approbauit. Verū monachi S. Gallenses (quib.hæc Othmari actio utilis & iucunda erat) ipsum innocentē pñunciāt, atq; Sidon. q postea abbas cōstitutus, hāc cōtrouersiā immeritò cōepisse asserūt. Vnde tandem apd' Pōt. effecerūt